



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

15. Dies Septemb. Inter omnia certamina Christianorum, duriora sunt
prælia castitatis, nam ibi continua pugna, & rarer victoria? S. August.
serm. 250. de Temp.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

temb
m pei
pesten
e geren
ervert
busqu
s; ide
il altu
palma
er vire
æ ino
pedio
inc lu
isset de
erant
itiosi
ces tot
autem
in tota
esse in
s Tam
uellet
o num
am, à
iberet
quāt
eipub
nijos
rus et
stinus
, n
cufos,
arcam

Septemb.

Tessera.

729

arcam velamen, lectionum, & doctrinæ capax, studiorum & arium honorum disciplina, pariter, & magistra ingeniorum, & capiendorum pedissequa, bona fama semper avida, salubria, atque utilia creans, virtutis singulare auxilium cuncta cum ratione disponens, in congregatione honestorum semper se ingenerens. Quantum chaos inter Ebriositatem, & Sobrietatem: majus quam inter aquam & vinum. Sed ne vinum tibi sit ad ruinam, sicut illud emis, sic & bibas ad mensuram. Si enim bibas sine mensura, quid sequetur, quam ut mens careat rationis usura? atque ita quod unum in te habes cœlestis, & Divinum, perdes per vinum: propter vites, gravissimæ sunt inter carnem, & spiritum lites. Ne te vinum reddat fatuum, hoc æternitati inscribo effatum:

Sepè nocent vitæ fœcundo palmitæ vites.

15. DIES SEPTEMB.

Inter omnia certamina Christianorum, duriora sunt prælia castitatis, nam ibi continua pugna, & rarior victoria? S. August. serm. 250. de Temp.

Castitas. I.

IN cella proma Christianæ perfectonis, nescio an ulla sit præstabilior, quam animi, & corporis Castitia, quam jam inde ab initio mundi, totus mundus, ut virtutem quam raram, tam præclaram suspexit, & propè dicam, adoravit. Vocat eam Cyprianus, *funus humanae substantie*. Quia non minus quam mortuus, debet homo castus, omnia ad hujus vitæ delicias sensu carere. A Climaco appellatur, *Excessiva naturæ abnegatio*. Quia per inferioris hominis mortem, opprimit & suffocat maximum

Zz 5

natu-

naturæ appetitum. Liberata itaque pravis affectionibus anima, mortuum, quoad illarum sensum, corpus relinquit: & quædam est mors ante mortem. Si cuti porrò olim apud Romanos Consules, Imperatores, & ipsi quoque triumphali pompa urbem intrantes, si occurrisset virgo Vestalis, de via decedebant, sic virtutes aliae omnes, uni pudicitæ honori causa, deferre videntur. Hinc sapientes illi qui nomina rebus imposuerunt, castos appellavere *cælibes*, quasi cœlestes, & cœlestes, quod vitam in terris intentur cœlestium. SS. Patres, natales Castimonia cœlo ducunt, & ab essentia Divinæ mentis, undecceanus puritatis ebullit. (a) *Prima Trias virgo est.* il canit Gregorius Nazian. Et D. Ambrosius. (b) *Virginitas è cœlo accessivit, quod imutaretur in terra;* *hunc nubes, aera, Angelos, sidera que transcedens, Verbum Dei in ipso sinu patris invenit.*

II. Sed post lucem Evangelii mundo illatam ubi Jesus, cum sua Matre Castimoniæ signum exultit, vix dici potest quanto ardore voluntatum, si concursus omnium ordinum factus, ad thesaurum hunc inæstimabilem querendum, & celebrandum. Hic & auctor, sic & amator est castitatis: hic pudicitæ amorem inspirat: hinc sancit in virginibus incorruptionem, Divinæ mentis propriam: viduis continentiam: sacris hominibus jugem corporis, & animali castimoniam imponit. Denique ad hoc vexillum à Christo sublatum pueri, & puellæ, & infanti propè homines omnium ordinum accurrerunt. Interim cum tanta illius virtutis sit præstantia, idcirco dæmonis hoc totum est studium, nostram ut carnem

(a) *De virg.* (b) *I. i. de virg.*

cainem contaminet, cuius impia contagione anima ipsa inaculetur. Ille in hoc vehementer elaborat, ut utar verbis S. Chrysologi. (a) *Ut corpus animi domicilium, animae vas, murum spiritus, virtutum scholam, Dei templum, in scenam criminum, in vitiorum pompam, volupiatum redigat in theatrum.* Quapropter hominem in hac carnis imbecillitate videre castum, & in acerrima illa pugna, qua bellatrix caro spiritui mortem aut servitatem denuntiat, triumphare castitatem, placidoque imperio suo perfici, hoc non modo est mirandum, sed inaudito prodigo simillimum.

(b) *III. Inter omnia igitur prælia, quæ Deo devoti milites præliantur, nullum est difficultius, quam quod geritur pro Castitate; quia cum adversus illam perpetuum est certamen, pro illa continuum quoque est discriminem. Hoc intellexit D. Hieronymus, cum diceret, (b) grandis esse virtus, & sollicitæ diligenter, in carne non carnaliter vivere, secum pugnare quotidie, & inclusum hostem, Argi, ut fabule ferant, censum oculis observare. Debent ergo casti esse, ut animalia illa Apocalypticæ, quæ erant plena oculorum ante & retrò. Debent habere oculos in manibus, ut videant, quod attingant in pedibus, ut videant, quo ingrediantur: in lingua; ut videant quid loquantur; in tergore, ut provideant periculis; in Intellectu, ut videant quid cogitent; in corde, ut videant quid desiderent; deinde debent habere oculos in ipsis oculis, ut videant, quid videant, nec oculi retorquentur ad illicita. Tertullianus (c) comparat castum cum funambulo, qui tenuissimum funem, pendente*

(a) *Serm. II. (b) Ep. ad Furiam. (c) De pud. c. 10.*

732 *Christiani Militis* Septem
dente vestigio ingreditur : Carnem spiritu libran-
animum fidem moderans, oculum metu temperans,
qua illata carnis vacillatio, animi avocatio, oculi eva-
gatio, de tenore decusserit. Fallitur omnino, quia
que solicita diligentia, & quotidiana cura, sepe
posse in hoc tanta, tam perpetuo & domestico per-
culo esse victorem. Neque verò est, quod aliqui
velut multarum palmarum gladiator, satis se forta-
esse putet, ad tentationes magno animo superandi.
In hoc genere præliandi, nulla est lorica impene-
bilis, nullus tam aheneus, aut adamantinus, qui
subrui & everti queat. Suadeo igitur illud:

Despice fætorem Veneris, sectare pudorem.

16. DIES SEPT EMB.

Custos virtutum omnium, dedecus fugiens, &
dein maximam consequens, verecundia est? O
cero de Oratore.

Verecun- I.
dia,

Verecundia, Pudicitia seu
parentis filia, seu ut Domina
pedissequa, inter virtutes
non est virtutum ultima. Et
enim virtutum omnium, ut Custos, sic & Comes.
Et quia Euro citius fugit dedecus, illam insequunt
gloria, & illam sequentem, assequitur verecundia.
Exornat eam maximis laudibus, Valerius Maximus,
ita scribens: (a) *Verecundia parens est omnis honesti
consilii, tutela solennium officiorum, magistrorum
chara proximis, accepta alienis, omni tempore favorum
præferens in vultu.* Et merito verecundia omnium
oculis offert vultum suum spectandum, quia in eo

maxi-

(a) l. 4. c. §.